

donationis confirmationem per nos rationabiliter factam in presenti pagina scribi et impressione sigilli nostri cum testibus subscriptis muniri precepimus volentes eam ratam et perenniter inconcussam permanere. Hii testes affuerunt: Hermannus abbas de Valle sancti Georgii. Hugo prepositus de Monte sanctę Walburgis. Guntherus decanus. Ludewicus scolasticus sancte Marię in Erfordia. Waltherus plebanus sancti Andreę 5 eiusdem civitatis. Martinus plebanus in Keuerenbere. Dietmarus sacerdos de Erfordia. Heinricus notarius. Theodericus capellanus lantgravii. Cûnradus capellanus lantgravię. Teodericus comes de Berka. Albero de Vipeche. Vðelricus de Tullestete. Rudolfus pincerna de Vargla. Fridericus et Wolferus de Driurte. Heinricus marscalcus de Ekehartesbere. Berthous dapifer et frater et Cunemundus de Slatheim. Hermannus 10 de Nusczin. Iremfridus de Sumeringen et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominicę incarnationis millesimo ducentesimo xx. vii., indictione prima; datum in Mosebure per manum supra dicti notarii nostri Heinrici decimo septimo kal. iunii.

(S.D.)

413.

15

*Landgraf Heinrich nimmt die in seinen Landen befindlichen Güter und Personen des Klosters Arnsburg in seinen Schutz.*

1228 August.

*Gedr.: Guden, Codex dipl. 3, 1095.*

Heinricus dei gratia lantgravius Thuringie et comes palatinus Saxonie . . de Nordecken, G. de Marburg et universis ministerialibus suis, castrensibus, burgensibus et 20 scultetis de Marburg et de Grunenbergh salutem et omne bonum. Noveritis, quod nos vestigiis bone memorie patris nostri et fratris inherere volentes monasteria et personas Cisterciensis ordinis propter fervorem devotionis et religionis ipsorum speciali amplectimur dilectione. Unde sustinere non possumus, ut ab aliquo in iurisdictione nostra contra iustitiam molestentur. Inde est, quod monasterium de Arnsburg cum personis et grangiis rebus- 25 que aliis tam mobilibus quam immobilibus, in regimine nostro sitis, fidelitati vestre committimus, mandantes vobis et precipientes districte, quatenus tam personas quam res prenotati monasterii, sicut propria bona nostra defendatis. Et si aliquis eiusdem monasterii fratres in grangiis sive aliis quibuscunque rebus suis ledere aut perturbare presumpserit, vos statim sine omni dissimulatione tamquam nobis factum sit, indicare non 30 differatis. Actum anno domini m. cc. xxviii, mense augusto.

414.

*Landgraf Heinrich schenkt mit Zustimmung seines Bruders Konrad am Tage der Beisetzung des Landgrafen Ludwig zu des Verstorbenen Seelenheil dem Kloster Reinhardsbrunn zehn Hufen Landes in Ludersborn.*

Reinhardsbrunn, 1228 [Januar—Sept.]. 35

*Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q I. g. 47. Das S., an gelben, rothen und grünen Seidenfäden, verloren. Phot. II. St. A.*

*Gedr.: Thuringia sacra 109.*